



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

20. Septembris. Qui Deum habet, cùm hic sine sua voluntate perdi non possit, nihil ei triste accidere potest: quidquid enim doloris est, oritur ex amisso, vel amittendo bono. S. Ignat. in Epist. 20. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

20. Septembris.

*Qui Deum habet, cum hic sine sua voluntate  
perdi non possit, nihil ei triste accidere  
potest: quidquid enim doloris est, oritur  
ex amisso, vel amittendo bono. S. Ignat. in  
Epist. 20. Janu. 1554. data.*

**U**T tenebras non metuit, qui solem  
habet ad nutum, ita nihil est mali,  
formidare quod possit, qui bonum illud  
habet, in quo sunt omnia bona, quod ex-  
cludit omne malum.

Una cura sit thesauri hujus custodia, si-  
ne quo nihil sunt omnia, nisi vel calamita-  
tas, vel somnia. Hunc servando, nihil est,  
quod perdere possimus, nihil, quod deli-  
derare.

In hoc felicissimi, quod thesaurum hunc  
eripere nemo nobis possit, nisi conscitis, ni-  
si volentibus; illius foedera aeterna sunt,  
perpetua possessio, nisi nos ultro eo veli-  
mus abdicare.

Stultus mercator, qui gemmam pro vi-  
tro, aurum commutat pro scoria, & quae di-  
gnus amentia, qui bonum infinitum pro  
voluptatis gutta, bonum omne, pro nihilo,  
prodigit? Heu! quam multi sunt ita facti.

21. S.